



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CONCILIIS, ET|| ECCLESIA MILITANTE,|| QVATVOR LIRBRIS||  
COMPREHENSA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

II. Qui scripserint de Conciliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53873](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53873)

## C A P V T II.

*Qui scripserint de Conciliis.*

**V**T igitur ordiamur à primo; de hac materia tractant in primis libri ipsi Conciliorum, qui tamē negligenter conseruati sunt, & multis vitiis scatent, quæ corrigenda sunt ex veterum lectione; deinde multa exstant in decretis Gratiani, Iuonis, Burchardi, Martini Bracarensis; itē pauca quædam legi possunt apud Hilarium libro de Synodis, Isidorum li. 6. etymolog. cap. 16. Bedam in libro de sex æstatibus, in Constantino IV. Freculum in fine Chronici, Ioannem Psellum & Photium libro de septem Synodis.

Præter hos veteres scripserūt multi recentiorum; ut Thomas Waldensis lib. 2. doctrin. fidei, cap. 26. & 27. Ioannes de Turrcemata lib. 3. summæ de Ecclesia; Ioannes Gerson in tractatibus variis de potestate Ecclesiæ & Conciliorum; Dionysius Carthusianus in libris tribus de Conciliis; Ioannes Eckius in Enchiridio; Iodocus Clichtoueus in defensione Concilij Senonensis; & Iodocus Tiletanus in defensione Concilij Tridentini; Ioannes Cochlæus in libro de Conciliis; Ioannes Roffensis contra articulum Lutheri 28. & 29. Caietanus in opusculis; Albertus Pighius lib. 6. hierarchiæ Ecclesiasticæ; Cardinalis Hosius in explanatione Symboli, cap. 24. & li. 2. contra prolegomena Brentij; Petrus à Soto in defensione suæ confessionis contra Brentium; Ioannes Antonius Delphinus lib. 2. de Ecclesia; Melchior Canus lib. 2. de locis Theologicis; Hugo in opere inscripto, Synodia Hugo-nia; Item Iacobatius in opere de Conciliis, & Gaspar Villalpandæus in disputationibus nouem pro Concilio Tridentino; Alphonsus à Castro lib. 4. de hæresibus; Gulielmus Lindanus lib. 3. cap. 7. Panopliæ Euangelicæ.



CAPVT